



Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Cap. 8. Hæretici, qui Illuminati dicuntur, summatim proponuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

quod optimè S. Mater nostra THERESIA docet citato cap. 3.4. sua Vite his verbis:
Non dico eum, qui spiritu caret, tamen doctrina valet, non debere dirigere illos qui spiritum habent;
sed illum tam quo ad exteriora quam interiora, in rebus naturalibus quidem, iuxta rationem &
*intell. Itus dictamen, in supernis uralibus vero iuxta sacra Scriptura normam sese conformare de-
re &c. Hoc idem docet cap. 1. Mansionis s. ibi: Paratissima sum, ad hys, qua y tierudens in
illis censemunt, credendum; nam, quamvis forte hi hec ipsa non sint experti, habent tamen hanc fan-
dis in rebus nescio quid singulare; adeo ut cum Deus eos tanquam lumen, à quo Ecclesia sua illumi-
tur habeat, si quando veritas aliqua declaranda venit, hanc ipsis aperiat, vt illi tradicione, ha-
paxim ab alijs admittatur. Et, si quidem dissoluti distractique non sunt, sed Dei famuli ad illuminan-
tia nullatenus obstupescunt; nonrunt quippe, illum plura & maiora posse. Et paucis vi compluit,
quamvis forte horum aliqua scripto commissa aut declarata non sint: alia tamen scripta nau-
gantur, è quibus videre possunt, hec & similie posse contingere. Magnam ego rei huius habeo exponen-
tiā; quam etiam quorundam similectorum metuculo forū tractatione mibi parauit, vi nobis
illa admodum card. steterit. Huc vñque S. Mater nostra THERESIA, cuius verbis pre-
sens caput concludere placuit.*

CAPVT VIII.

ERRORES HÆRETICORVM, QVI
Illuminati dicuntur summatim proponuntur.

¶. **V**T manifestius constet, quantum distet sublimis nostri Doctoris præclarado-
ctrina, à pestiferis erroribus illorum hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, le-
potius quantum prædictis erroribus aduerteretur. Sicut cerebris lux, atque adeò etiam
constet, quantum aberrauerint illi, qui, aliquas horum librorum propositiones ha-
erroribus infectas esse, aut illos redolere, vel illis fauere suscipi cari sunt, prædictos er-
tores in hoc capite summatim proponere placuit, vt cum in progressu huius Eluci-
dationis singulas Mystici nostri Doctoris notatas propositiones reculerimus, ac
applicuerimus, id, quod nuper diximus, evidenter appareat.

Sciendum igitur est, humani generis hostem, nostræ salutis, ac spiritualis perfe-
ctionis inuidum, illud semper maximè curasse, vt orationis, & contemplationis viam,
vpotè adeò hominibus salutarem, totiusque spiritualis boni principium, ac fontem,
vel omnino relegaret, vel saltim in aliquibuscum tot damnis, ac illusionibus immi-
ceret, vt exinde apud reliquos suspecta haberetur, & huiusmodi periculorum, ac il-
lusionum timore, ab ea homines auerterentur.

¶. **H**ac igitur de causa, prætextu orationis, & contemplationis, ac supernæ illuminatio-
nis, spiritum erroris, quibusdam Diabolus immiscuit, se in Angelulū lucis, illos illumi-
nantē, transformans, vnde illuminatorum nomen sibi me ipsis impone; plorelq;
errores pestiferos illis suadēs, diuersisq; temporibus iam sepultos iterum excitas de
quibus fit mentio in Clementina ad nostrum, de hæreticis, & Clement. 1. de Religio-
nis domibus, & in extrauagant. de Relig. domibus., cosque referunt. Eimeticus in
Ditt.

Directorio Inquisitor. q. 7. 8. 9. 15. 16. & 17. & ibi, Penna in annotationibus ad illas quæst. noster Guido in summa tit. de hæretibus, Beguinatum, Aluarus, Pelagius lib. 2. cap. 12. D. Antoninus in summ. p. q. tit. 11. c. 7. §. 4. & 5. Præteolus lib. 2. de vitiis, & se-
ctis Hæretic. c. 17. & optimè Rusbrochius lib. 2. de ornato spiritualium nuptiarum e. 76. 77. 78. & 79. vbi diuersa genera huiusmodi illuminatorum ex professo refert, quos spirituales falso otiosos appellat, eò quod omnes hi hæretici Illuminati, cùm legerent, vel audirent Doctores Mysticos, & contemplatiuos Sanctosque PP. ho-
minibus spiritualem orationis viam sestantibus, suadere creaturarum omnium re-
nunciationem, sanctamque obliuionem, ut sic ad infusam contemplationis quietem,
sanctumque otium, quod p. huius Elucidationis explicabimus, sese disponant, hu-
ius quietis, & otij, ut potè facilitatis, ac suavitatis speciem præferentis in ordinato
amore, quo non Deum, sed semetipso samabant, capti, ad illudque sine mortificationis
labore, vita puritate, virtutumque exercitijs, alijsque dispositionibus, quas
Sancti PP. ac Doctores Mysticci ad id necessarias esse docent, peruenire cupientes, &
ita perfectorum nomen, & famam ambientes, in vanas quædam, & illusorias quietes,
falsaque otia, seu potius stupiditates incidentur, & ita vitam valde remissam, stu-
pidam, negligenter, mollem, dissolutam, ab omni virtutum exercitio alienam, imo,
& delitiosam, prætextu illius sanctæ quietis, & otij spiritualis degebant, à Dei amore
omnino alieni, quin potius proprio, ac perniciose sui amori immersi, in quævis cor-
dis sui desideria etiam turpia abeunt, ne suam illam quietem perturbarent, plures
que Dæmonis illusiones, ac deceptions, tamquam Dei illuminationes suscipientes;
qua de causa semetiplos, præ cæteris omnibus, Illuminatos, ac sanctissimos appell-
arunt.

Hoc igitur Hæreticorum Illuminatorum, seu falso otiosorum, quos diuersis in
locis, ac temporibus Diabolus suscitauit, quatuor veluti sectas prædictas D. Ioannes
Rusbrochius locis citatis optime adducit, ostendens quantum eorum falsa, & pesti-
fera doctrina ei, quam Doctores Mysticci de contemplationis quiete, sancto que otio
tradunt, aduerteretur. Vt ergo hæc omnia præ oculis habeantur, ut ipote ad ea, quæ in
progressu huius Elucidationis dicenda sunt omnino necessaria, celoberrimi huius
Doctoris verbis ea in præsenti simul adducere, ac proponere placuit.

§. II.

Prior Hæreticorum, qui Illuminati dicuntur classis, eius-
que errores referuntur, & ex doctrina Mysticci nostri
Doctoris, aliorumque PP. reiiciuntur.

IN capite igitur 76. primam huiusmodi falso otiosorum, seu illuminatorum sectâ
referens prædictus auctor, sic inquit: Hic tamen antequam ad alia transeamus, opera pre-
tium fuerit, commemorare quædam, qui & si forinsecus boni ruliantur, cunctis tamen virtutibus
contrariam agant vitam; quo: quo enim charitatibz supernaturali expertes vivunt, ad seipso re-
flexi in rebus extraneis quietem captant, & aucipantur; ex ipsa siquidem natura creature omnes
quietem.

quietes appetunt. Sed iam aduertatur, obsecro, quare quieti huic naturali vacum. Huius
Sectatores seorsum abeunt, manentque quieti, & otiosi, absque rulla interna, vel externa exercitu-
ne, quo optata poterantur requie, nec aliunde impeditantur.

Sed quam noxia sit huiusmodi quies, necnon quieti illis supernaturali, de quibus
doctores Mystici loquuntur, contraria, statim idem Rusbrochius his verbis adnotavit.
Verum hoc pacto quieti dare operam, nescias est, & illicitum: huiuscmodi namque quis qualem
in hominem causitatem, & ignorantiam nihil scientem adducit, efficitque, ut absque omnib[us] aliis,
totus iners in se ipso subsidat, nec aliud quidquam ista quies est, quam orium remissio, cui adeo
tradunt illi, quos pre manibus habemus, ut quantum ad actionem attinet, & Dei, & suorum &
rerum omnium obliuione capiantur. Est igitur quies haec supernaturali illi, que in Deo possunt,
quieti plane contraria; quando quidem ea amorosa spiritus liquefactio est, cum simplici quieti
incomprehensibilem claritatem prospectu conuncta, plane igitur falluntur quicumque se consi-
tentientes prosequentes in natura di quiete molliter subsident, & nec desiderio Deum querunt, sa-
more fructuoso reperiunt: siquidem quies eiusmodi in desidioso quodam consenserit otio, quo punitur
vacent, ad quod tunc natura, tunc consuetudine proclives, ac propensi sunt, quo sane in otio quan-
gna, & delectabilis sentitur, que tamen secundum se ipsam, peccatum nullum est; verum si quis
eam sectari, eique se se dedere velit, absque studio & artibus virtutum, tunc quidem otio in ratione,
idemque ipse in spiritualem ruit superbiam, hoc est, complacentiam sui ipsius, quod rurum rite
quam bene curatur: ubi igitur quietem hanc ista ratione inertii in otio possidet, prout quecumque am-
morosam ad Deum conversionem, & applicationem impedimento sibi esse, eadem ipsa quietus
ipso subsidat, quod re vera omnis erroris spiritualis initium est. Huc vilque Rusbrochius, qui
optimè huius falso quietis, & otij dama, eiusque cum sancta illa quiete, & otio, id
qua Doctores Mystici dirigunt, contrarietatem optimè adnotauit,

Huiusmodi etiam falsum otium, & quietem fugiendam esse opinie docuit.
Mater nostra THERESA, c. 12. sua vita, his verbis: Presumere porro aut cogitare, nos per nos intellectum nostrum suspendere, plane nos, vt dico, non oportet, vt in operationem na-
omittere, hoc quippe si fecerimus, instar statuarum insensibilis, stupidi, & frigidimanebimus, & va-
rnum ne alterum faciemus. At cum DEVS OPT. MAX. intellectum suspendit, & hinc, etiam
randi, & in qua se interim occupet, materiam dat; & efficit ut, etiam sine mentis discursu brevi-
mo tempore, plus intelligat, quam nos omni nostra terrena diligencia, & studio adhuc plorans
annis possemus comprehendere. Insania quedam species est anima potentia occupata tunc re,
ac cogitare nos eas sistere & quietas deinceps pessae.

Quod etiam multis suis doctrina locis adnotauit, & monuit Venerabilis nolis
IOANNES, vt lib. 2. qui inscribitur Ascensio Montis Carmoli cap. 13. vbi agens de signis
quæ obseruare debet, qui meditacionis, ac discursus-viam relinquere debet, vt impedi-
re contemplationi yacer, sic inquit: Non posse discurrere, neque de rebus diuinis meditari pos-
set hoc ex melancolia promanare, vel aliquo depravato humore, qui cerebrum corque occupat, &
que solit producere in sensu suspensionem & impletionem quandam: quia efficiunt, vt ne
bili cogitis, nihil velit, nec liberas illi aliquid meditari, sed solam in illa sapientia adiutoria
cupias permanere. Contra qua omnia debet tertium habere indicium; videlicet notitiam &
attentionem amorosam in pace & tranquillitate interna sicut dicimus. Et cap. 14. sequens ha-
rei rationem subiungens, sic ait: Verumtamen adducens nunc unam solam re-
lacionem,

tionem ; qua manifeste demonstremus , quomodo in cunctu , quo Contemplatio premitten-
da sit meditationis via , necessarium illi sit , hoc aduentitia , amoroſa , ac generalis
Dei notitia indicium . Eſt autem hec ratio , quia ſi anima tunc temporis iſā notitia vel in
Deum affiſſentia defluitur , ſequeretur nihil illam tunc agere , nec intelligere : relictæ
enim meditatione & carens etiam Contemplatione que eſt notitia generalis (de qua locutus
ſumus) in qua anima habet actu potentias suas ſpirituales occupatas , que ſunt memoria,
intellexus , & voluntas ; neceſſario illi vniuersum circa Deum exercitium deſeffet . Et pau-
ciſintetieſtis , addit : Quod ſi anima in nullo istorum exercitiorum detineatur , hoc eſt ,
neceſſum in meditatione & diſcurſu , potentiarum ſenſiuarum operatione viatur ; nec in con-
templatione & notitia ſimpli , de qua iam dictum eſt , rebus iam receptis & operatione
acquisitis , fruatur : ſed in viriſque ſtarete & vacaret , non eſet vnde , vel quomodo
poſſet diu occuſata . Eſt ergo hec notitia neceſſaria ad diſcurſum & meditationem relinquenti-
am , &c. Huc vſque Venerabilis noſter IOANNES , ex cuius verbiſ euidenter
conſtat , ipſum nullatenus admittere fallam illam quietem , & otium Illumi-
natorum , ſed potius illud omnino reprobare , & damnare , atque adeo
ſine maniſta calumnia praedictus error , nec leue aliquod patrocinium in eius
doctrina obtine potest , quem potius ex ea fortiter impugnat manet , ſta-
bilicunque ſalutarem quietem , otiumque ſanctum debere desidiam , & re-
missionem cauere , ut optimè docuit Auguſtinus ſerm. 27. de verbis Domini ;
adnotans , vitam contemplatiuam , & otiosam , qua significata fuit per Ma-
riam , nullatenus ſuisse deſidiosam , hanc enim , ſcilicet deſidiosam (inquit) cauere de-
bet otiosa , ſed ad aliam iam huiusmodi Illuminatorum , ſeu falſo otiosorum ſectam
tranſeamus .

ſ. III.

Secunda , & peior Illuminatorum classis
refertur .

Secundam igitur eorum ſeclam idem Rusbroch , cap. 77. citato referens , ſic in-
ſquit : Verum , ibi quifpiam otiosam proſuſ requiem , ſine vla ad Deum amoroſa ap-
plicatione , & conuerſione , poſidere iuſtituit ; ſi iam facile in quoſuſ poteris prolabi errores , quippe
qui à Deo auersus , & ad ſeipſum amore naturali reſlexus , ſolatum , ſuauitatem , & quidquid
libet , capiat , & aucipatur : interim ramen huius farine quodam inuenire eſt , qui rigidam , & af-
ſpergantiuendi teneat rationem , & magnis paſtentia actibus inuambante ; ſed hoc tantum fine
nimagna ſanctitati opinionem celebrem obtineat ; omnia enim naturalle amor ſibi ipſi cupit ,
& fauet . Quidam ex horum genere multa optione ſuntur , & eligunt multa , itemque plu-
ra , tara , ac singularia preſantur , & appetunt ſibi preſtari à Deo , quam ob rem fallun-
tur ſepiuſ , permittente Deo , vt Daemonum opera , obtingant , eaqua concupiſcent : quod
tamen ſua illi ſanctitati tribuunt , & omnibus planè dignos ſe arbitrantur : nec id mirum , cum
ſuperbia morbo laborent , nec taliſ , nec illuminati diuinitus ſint : herent igitur , at-
que ſubdiſtūt in ſe ipſis , proſuſque ſecundum appetentiam ad ſaporem , vel gulfum internum ,
& ſpiritualia natura commoda capanda propensi ſunt , qua luxuria ſpiritualiſ recte dici
poſſet .

70

poteſt, eo quod inordinata quadam naturalis amoris propenſio eſt, ſemper ad ſeipſum reſlexi, & ju-
um commodum in rebus omnibus captantis, & experientis, ſemper etiam ſpirituallaborem ho-
bia, & proprieſunt dediti voluntati quo ſit, vt affectu, deſiderio, & appetitu uisque adeo neceſſa-
 quam ad ea ferantur, qua concupiſcent, & à Deo importunè obtinere contendunt, vt non raro de-
 piantur. Quidam etiam à malo ſpiritu occuperuntur, minirunt, quoſ quoſ huius farine ſunt, amari-
 tam viuunt repugnanteſ charitati, & amoreſ illi introuerſione, ubi ſe totam quiſ offert, & ſunt
 quidquid preſtare, vel habere poſteſt in honore, & amore Dei, &c. Ecce peſtiferam huiusmodi
 Illuminatorum doctrinam, & vitam, quam non minus à doctrina, & vita Venerabilis
 Iohannis diſtare, quam tenebras à luce adeo euidentis eſt, vt nullus nō
 omnino cæcus de hoc valeat dubitare: quod patet, tūm ex ipſius ſummaria vita
 principio eiusdem opere appoſita; tūm etiam ex ipſis libris Venerabilis Paridis
 capiue tamen ex primo libro de Obscura Nocte, à cap. i. uisque ad. 8, ubi dum in-
 pientium imperfectiones recenſet, hæc illuminatorum vitia deſcribit, ac dannu-
 ſed ad tertiam huiusmodi hæreticorum ſe etiam iam tranſcamus.

ſ. III.

Tertia, & peſima Illuminatorum clasis refertur.

8. **H**anc igitur tertiam ſectam praedičus Doctoř Iohannes Rusbrochius ca. 78. cit-
 in eriſto deſcribens, ſic ait: Deinde poſtea, quam naturali quiſpiam reque poſtius ſit, tam
 in eriſto orio poſſedet in cunctu actibus ſuū ſeipſum ſp. Et ans. & in proprietate ſua, obſtinatio am-
 flexibilis perſeueraſt, is plenè neutriuam Deo uiri poſteſt, ed quod vitam agat virtuōam, & chari-
 tati expertem, eſt autem vita hac plenè iusta, error ibi ſpiritualibus, & omni genere aduocacione
 bundans: hoc genus hominum Dei contemplatores ſe eſſe arbiſtrantur, imo omnium, que otiu-
 beat, longe sanctiſsimos iſſe ſe autuuant, ob eam quam experiuunt, & in ſe ipſos otiuſ uitia, ſe
 poſſident quietem, liberos ſeputant, & abſque medio, Deo uinitos.

9. Neque id tantum, ſed etiam tranſendit, atque ſubleuat otiuſ ſe eſſe ſupra omneſ Ecclesiæ cultum,
& exercitium, ultra precepta Dei, ſupra legem, & actus omnes virtutum, qui uillo poſſent exi-
 medio, ſiquidem per ſuauum ſibi hauent orium hoc tanto eſſe praeflante, vt nullis quamvis exi-
& priuilaris actibus inter turbandum ſit, eo quod cunctu praeflet virtutibus, quam obire mēre ſeſe-
 dunt, vt ita dicam paſſionis, nihil proſuſ, neque ſuauum, neque deorū ſuauitantes, perinde, re-
 ſtrumentum aliquod in ſeipſo otiuſum, artificem, dum operari velit, praeflatur; peractum, &
 quid ipſi moliantur operis, Dei opus prepeditum iri, ſedent igitur ab omni virtutum ſtudio & alle-
 ne otiuſi, idque adeo, vt nec laudes, neque grates agere Deo, neque cognoscere, neque uelle, neque emi-
 re, neque precari, neque deſiderare velint; arbitrantur enim quidquid, vel petere, vel deſiderare
 queant, id omne ſe iam obtinuisse, atque ita ſeipſuſ ſe iam pauperes eſſe, ut poſt eis qui voluntatis eu-
 res ſint, & omnibus valeſecerint, & abſque uiliuſ delectationis, vel optionis proprietate riuant, pe-
 tant inquam plenè ſe expeditos, ac otiuſos eſſe, & tranſendit omnia, iamque obtinuisse ſe, uero
 rum cauſa omnis Ecclesiæ cultus, & exercititia iuuita ſunt, & vt ipſi aiunt, nemo proi, & ne
 ipſe quidem Deus, quidquam eiſi, vel conferre, vel auferre poſit.

Etenim pro ſuo iudicio, exercititia culum, & virutes omnes exceſſerunt, & ad merum quid-
 dam perigerunt otiuſ, ubi à cunctu ſint virtutibus, ſolueti, & hoc quidem, patet ut uia quidam
 in otiu à virtutibus, ſolueti, maiorem requiri, aiunt, operam, ac ſtudium, quam ad otiu virtutum
 obtinendas; qua propter libertate gaudere volunt, neque parere cui quam omnino non ſummo ſu-
 ſifici, non Epifcopis, non Paſtoribus, ſive Praelatis ſuis.

Et licet forū quādam sola simulatione praeferant obedientiam, nulli tamen intus, neque a-
ctione, neque voluntate subditū sunt: quecumque enim sancta adlitat, & obseruat Ecclesia, ab hi
omnibus omnino vacant, & se volunt esse immunes, ac exemptos, & est hac eorum sententia, donec
quispiam virtutibus acquirendis dat operam, & gratam appetit exequi Dei voluntatem, cum nec-
dum perfectum esse: ed quod virtutes etiam nunc colligat, & comparet sibi, & spirituali. m. hanc pau-
peratam, atque otium iporum penitus habeat incompta.

Et ipsi quidem supra omnes omnino, & Angelorum, & Sanctorum choros, siue ordines, atque
premium omne, quod vlla ratione mereri quia possit, sublevarat esse se putant; ideoque nihil se vltra
mereri, nullum vnam amplius in virtutibꝫ pfectum facere, sed neque peccatum deinceps vllum
admittere posse; quippe qui voluntatū expertes sint, & spiritum suum Deo tradiderint in quiete, &
ocio, adeoque vnum cum Deo infecti sint, re: in seipsis penitus in nihilum redierint.

Hinc iam quidquam corpori liber, etiam plane licere sibi affirmant; ut potè qui ad statum inno-
centiae redacti, nullam sibi habeant posticam, ac præscriptam legem. Itaque si alicui rei, qualis ea sit,
natura ipsorum corporeæ ex appetitu afficiatur, si spiritus sui otium, eare subtrahenda, interturbari
sentiant, aut aliqua ex parte impeditri, natura indulgent, ac satisfacunt desiderio, ne quod spiritus
otium impedimentum patiatur. Haec de causa ieiunia, festorum celebrationem, & præcepta denique
omnia proflus nihil pendunt, nisi fortè hominum gratia secus agent: si quidem in omnibus abesse
vlla conscientia viuunt, nec quicquam nefas sibi esse arbitrantur. Tum vero tanta eorum colliditæ,
& versatia est, vt difficile possum ratione superari, &c. Huc usque Rusbrochius, qui optimè
hotum falso Illuminatorum mores, & opiniones deserbit; & quamvis Doctor hic
de antiquis illuminatis sui temporis lequatur, eius tamen descriptio non minus Illu-
minatos nostræ exatis, quam illos antiquos ad viuiss exprimit: quia eadem proflus
falsa dogmata in hac descriptione contenta verbo, & opere sequuntur, quæ quantum
doctrine Mystici nostri IOANNIS aduententur, luce meridiana clarius apparet, vt
mitum sanè sit, posse aliquem sanæ mentis, vel leviter suspicari, prædicta falsa dog-
mata patrocinium aliquod obtinere posse in hac Venerabilis nostri IOANNIS do-
ctrina, quæ contraria omnino documenta, rigidam scilicet mortificationem, tam ex-
ternam, quam internam, proprietum appetitum, voluntaris, ac iudicij omnimo-
dam negationem; promptissimam Majorum obedientiam, exactissimam præcep-
rum, & consiliorum obseruantiam, Angelicamque vitæ puritatem efficacissimè sua-
dientia, retrorsumque illud otium, & fallam quietem, quam Illuminati à Deo magni-
faciunt, damnantia pessima & vbiique continet: vt cuicunque hos libros legenti cui-
dentissimum erit, sed vltimam iam huiusmodi Illuminatorum letam referamus.

§. V.

Vltima Illuminatorum classis refertur.

DE hac igitur vltima secta citatus R usbrochius sermonem instituens ca. 79. cita-
to sic loquitur. Prater hos aliud quoddam hominum genus peruersum, hypocriti, & simu-
lationi deditum inuenire licet, qui tamen ab istis in certis quibusdam disideant, esque contrarii sint;
& hi quidem Deum patientes dic se volunt, & hactenus, cum superioribus consentiunt, quod se quo-
que ab omni actione immunes, & otiosos putant, nec aliud nisi velut quoddam Dei instrumentum se
esse, que Deus quidquid, & vt cumque velit, agat.

12.

Affir-

Affirmant igitur, absque villa actione, tantummodo merè se pati, etaque opera, que Deum in sanquam suū organis perficiat, præclariora, ac meritis maioris esse, quam cuiuslibet alterius, quæ semet in Dei gratia peregerit: aut si ergo Deum se pati, ac sustinire, nihil seipso agere, sed cùm mines Deum operari.

13. Detinde quemadmodum alij, sic etiā ipsi nullum se peccatum committere posse affuerant, et quod Deum in ipsis agat omnia, ipsi verò planè otiosi sint; & quidquid Deus velit, id per ipsos fieri nihil praemia homines isti, omni intus actione postposita, otiosè dederunt, & omnis eleclionis, vel optionis expatio viuunt simplicè, ac resignatū præferunt viuendi modum, & moderatè, ac equabiliter ferre nonne, quidquid ei accidat: putant enim Dei instrumenta se esse, quibus is pro suo arbitrio vitatur, & egat.

Ad quacumque intus incitantur, siue ea virtuti consentanea sint, siue ab ea abhorreant, ea omnia putant ex sancto Spiritu proficiunt; difficile tamen est fateor, nisi quis illuminatus sit, & spirituum, ac diuina veritatis discretionem obtinuerit; quidam enim eis acuti, & subtiliter modum sunt, & ea quibus virtute aduersentur probe fucare, & velamina quadam eis patentes ouerunt, propriaque voluntati dediti sunt, adeoque pertinaciter, & animo obfirmato se ipsi possident, ut amè mortem oppetere velint: quam vel ab unico semel concepto articulo discendant; quoniam enim, quos presens habeat vita, sanctissimos, maximeque illuminatos esse autuantur.

14. Discrepant autem à prioribus, quod se progressi, & mereri posse non regent. illi contra affirmant, nihil ultra mereri se posse, co quod in vnitate, & otiosè possident, vbi non luceat ultra progressus, quando quidem nullum ibi exercitium est. Sed simul omnes isti peruersi, & mortalium, omnium malorum peccati sunt, haud secus quam ipse hostis tartareus fugiendi, sequidem vitam rurum contraria Deo, iustitia, & sanctità omnibus, & sunt omnes re vera præcursors Antichristi, riam illam ad molem errorum, ac infidelitatētē preparantes, ac manuentes. Volum namque abque Despectu & virtutibus immunes esse, ac liberi, & otiosi, ac vmiti Deo, sine amore, & charitate, Dei quoque contemplatores, absque amoroso continuū, & viventium omnium sanctissimi, absque aliis in pietatis, dicunt etiam quiete se in eo, quem tamen amore haud prosequuntur; & in eos subducuntur esse, quem minimè sentiunt, nec concupiscunt, & a cunctis denique virtutibus, & omni sui et Deum applicatione se vacare, & otiosos agere, ne quod Dei actionibus objiciant impedimentum, quam ob rem otium, quod isti colunt, non nisi quedam impostura censenda est.

Huc usque celeberrimus ille Doctor falsa dogmata, & mores huiusmodi falso illuminatorum, & otiosorum describit, de quo etiam agit in Apologia de alta contemplatione, quæ alias Samuel inscribitur c. 4. eosdemque errores refert, & impugnat sublimis ille Doctor Thauler. ser. 2. Dominicæ 2. quadragesimæ; quæ omnia falsa degmata, cum his, quæ verbo, & opere hæretici nostræ æratis, qui Illuminati appellantur, docent omnino coincidunt, & ideo ad longum ea referre operæ preciom esse damnum, ut sic evidentius appearat, eis doctrinam Venerabilis nostri IOANNIS, non solum aliquomodo non suffragari, sed etiam illis vehementer aduersari, vanumque illud otium, quod omnium prædictorum errorum fundamentum est, prorsus damnare, ceteraque omnia, quæ ex tali fundamento prædicti hæretici deducunt, detestari, ut tum ex dictis supra n. 6. tum etiam ex dicendis in progressu huius Elucidationis manifestè constabit, imò cuicunque doctrinam Venerabilis nostri IOAN-

NIS legenti, nisi semetipsum, data opera, & malitiosè exacerbante, velit, luce meridianâ clarius manifestum erit.

C. A.

B.
Johannis
i. Crucis

Opera
mystica
enit
124